rem nostrum. et humilis Franciscus excellentem in
oculis dei preponderare virtute. Nam cui iussis non
paruit homo, votis obedivit deus. Quodam
tempore deveniens ymolam, civitatis episcopum adiit.
humiliter proposcit ut cum beneplacito suo pos
set ipsum ad predicationem vocare. Cui episcopus du
re respondens. sufficit inquit frater quod ego predicem
populo meo. Inclinavit caput verus humilis
et foras egressus, post modicam horam regreditur
intro. A quo cum episcopus quasi turbatus requireret
quid iterato petere vellet. humili tam corde
quam voce respondit. Domine si pater filium uno
repulerit hostio, alio sibi reintrandum est. Hu
militate victus episcopus, alacri vultu eum ample
xatus est dicens. Tu et omnes fratres tui de cetero in
episcopatu meo generali mea licentia predicetis.
quia illud humilitas sancta promeruit. Contigit
ipsum aliquando aretium devenire. cum tota civi
tas intestino bello quassata, propinquum sibi
minabatur excidium. Hospitatus vero in suburbio
bio, vidit supra civitatem exultantes demones,
ac perturbatos cives ad cedem mutuam succendentes

License: CC-BY-NC – Luzern, Provinzarchiv Schweizer Kapuziner Luzern, PAL L, f. f.%2037r – Bonaventura, Legenda maior s. Francisci . Vita beati Antonii (http://www.e-codices.ch/en/pal/L/f.%2037r)